



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Cap. XXIII. Vtrum ad singulas tentationes legi naturali repugnantes
superandas, singulare gratiæ auxilium necessarium sit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

parua imperfectio est, sistere in bono non fructuoso ad vitam æternam. Imo existimo, talem orationis modum non esse in usu fidelium credentium per sua opera esse consecuturos vitam æternam. Nullus enim est, qui cupiat bene operari, qui non simul eadem opera sibi ad salutem proficere maxime desideret: vnusquisque autem petit id, quod desiderat. Quamuis autem demus petitionem talium bonorum operum posse fieri, ex illa non licet inferre, esse necessariam gratiam ad talia opera sic facta, tum quia illa oratio non est necessaria, & est valde imperfecta, tum etiam quia per illam orationem non id petimus vt bonum gratiæ, sed vt bonum naturæ. Sicut quando petimus pluuiam, vel sanitatem, non petimus in rigore gratiam, sed naturalia beneficia. Quod si in eo genere petimus aliquid vltra concursum debitum ex generali providentia, non postulamus illud, vt simpliciter necessarium, vt effectus fieri possit, sed quatenus potest esse necessarium, vt effectus fiat, vt in dicto libr. de oratione latius explicui, & ad præsentem materiam possunt ibi dicta melius, & facilius applicari.

8.
Locuples a-
tur proxima
dissolutio.

Nam licet gratia, vel extraordinarius fauor non sit simpliciter necessarius ad singulos actus honestos, considerando rem ipsam secundum se, nihilominus nullus est actus, ad quem, vt in indiuiduo recte fiat, non possit esse necessaria gratia, vel specialis fauor, secundum diuinam præscientiam. Quia licet possit homo cum solo ordinario concurfu Dei, hic, & nunc efficere bonum actum in quacunque designata occasione, nihilominus contingere potest, vt Deus præsciat, hominem cum his solis subsidijs non esse bene operaturum, nisi amplius adiungetur. Cum ergo homo nesciat, quando & quomodo occurrere possit illa necessitas, merito semper petit auxilium etiam tamquam necessarium, vt effectus certo fiat, quia contingere potest, vt sit necessarium ad facere, licet non sit ad posse. Eo vel maxime, quod licet homo possit vnum, vel alium actum facere, tamen si cum sola illa generalitate relinquatur, fere semper faciet male, & vix aliquando bene, & ideo etiam intra ordinem naturæ postulandum est auxilium Dei, vt necessarium simpliciter ad bonos mores absolute loquendo, & ad singulos actus contingenter, modo explicato.

9.
Argum. 4.

Quarta ratio adiungi solet, quia ex nostra sententia sequitur, non debere nos agere gratias Deo, quando bonum aliquod morale ex solo naturali motu honesto facimus: consequens est falsum; ergo. Sequela patet: nam pro his, quæ in potestate nostra sunt, & nostra virtute facimus, non est, quod alteri gratias agamus. Et ideo Patres ex obligatione gratias agendi Deo pro fide, vel bonis moribus, necessitatem gratiæ colligunt, vt patet ex Augustino epist. 107. & libr. de Prædest. Sanctior. cap. 19. & Prospero libr. 1. de Vocat. genti. cap. 23. alias 8. Minor autem & repugnat gratitudini Deo debitæ pro bonis omnibus, quorum ipse est author, & Paulo dicenti 1. ad Theff. 5. *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, & ad Ephes. 5. Gratias agentes semper pro omnibus.* Erit contra Augustinum, qui libr. 2. Confess. cap. 7. non minus gratias Deo agit pro peccatis non commissis, quam pro remissione eorum, quæ commisit, *Gratia* (inquit) tua deputo, quod peccata mea tanquam glaciem solusisti; gratia tua deputo, & quacunque non feci mala, quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amauit. Et omnia mihi dimissa esse fateor, quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci. Si ergo pro peccato non commissio gratiarum actio debetur, multo magis pro quocunque actu virtutis naturalis, quia hoc aliquid maius beneficium est, quia dum fit, non solum peccatum vitatur, sed etiam aliquid boni fit.

10.
Solutio.

Hoc vero argumentum idem fere est cum præcedenti, & ita eandem habet solutionem. Nam gratiarum actio pars quædam est orationis generaliter sumptæ, si vero sit sermo de oratione prout specialiter significat petitionem, sic oratio respicit beneficium

faciendum, gratiarum actio iam factum. Nam, vt recte dixit Augustinus supra dicta epist. 107. *Qui est orandus, vt faciat, illi est gratiarum actio reddenda, cum fecerit, & ita Paulus interdum pro infidelibus orat, vt conuertantur 2. ad Theff. 3. interdum gratias agit pro his, qui iam crediderunt, ad Ephes. 1. Sicut ergo diximus, quod cunctum opus bonum morale etiam naturale esse beneficium Dei, vt gubernatoris naturæ providentis occasiones bene operandi, & ad bonum opus cooperantis, saltem generali concurfu, ita pro quocunque simili opere gratiarum actio Deo debita est. Et ita simpliciter negatur sequela argumenti, quia non solum pro bonis gratiæ, sed etiam pro bonis naturæ gratiæ Deo debentur, quamuis pro prioribus bonis multo ampliores, & excellentiores debeantur, vt recte declarat August. libr. 5. de Ciuit. capit. 31. & libr. 1. Confess. cap. vlt. Neque huic gratiarum actio obstat, quod opus fiat sine auxilio gratiæ, satis est enim, quod non sit sine auxilio, & providentia Dei.*

Quando autem Sancti ex gratiarum actione colligunt auxilium gratiæ, loquuntur de operibus, quæ ad providentiam naturalis ordinis non pertinent, vt est fides, & quæ ad illam consequuntur; quod aperte constat ex Augustino, & Prospero in locis citatis. Vnde etiam loquuntur de gratiarum actione ex eadem fide profecta, quæ altioris ordinis est, vt dixi, quam quæ pro naturalibus bonis debetur, & lumine naturæ cognosci potest. Cum autem Paulus pro omnibus dicit esse gratias agendas, generaliter loquitur tam de bonis naturæ, quam de bonis gratiæ, vt per se manifestum est. Et similiter August. cum gratiæ deputat omne peccatum non commissum: vel generatim loquitur de gratia, prout comprehendit omne liberale beneficium Dei, non enim tunc contra Pelagianos disputabat, vt cum eo rigore de gratia Dei loqueretur, imo verisimile est, cum illa scripsit, nondum Pelagianos fuisse exortos, quantum colligi potest ex libr. 2. Retract. cap. 6. Vel certe specialiter loquitur de illis peccatis, quæ post vocationem, & ex illa tanquam ex radice, & fonte non commisit, vt indicant illa verba. *Omnia mihi dimissa esse fateor, quæ te duce non commisi: ponderanda est enim illa particula, te duce, quæ proprie significat peculiare gratiæ regimen, quod à vocatione incipit, vt est vulgare apud ipsum Augustinum.*

Præter hæc argumenta, sunt alia ab incommodis, quia si morale opus bonum fieri potest sine gratia, etiam si tentatio vergeat, fieri etiam poterit sola libertate, quia tentatio non mutat speciem actus, nec motum operandi, sed solum addit aliquam difficultatem, quæ non reddit actum simpliciter impossibilem. Item si vel vnus actus bonus fieri potest sine gratia, eadem ratione quilibet actus ordinis naturalis, quantumuis excellens, poterit fieri sine gratia, quia nunquam superat facultatem naturalem voluntatis, licet fortasse difficilius fiat. Denique inferitur, qui sua potestate facit vnum opus bonum, eadem posse facere omnia, quæ longo tempore occurrunt sine defectu, quia sicut singula, ita etiam omnia subsunt eidem facultati, & sunt eiufdem ordinis, & non simul, sed figillatim, & successu temporis occurrunt. Hæc vero argumenta postulant graues quaestiones, quæ in sequentibus capitibus tractandæ sunt.

CAPVT XXIII.

Vtrum ad singulas tentationes legi naturali repugnantes superandas singulare gratia auxilium necessarium sit?

IN superioribus simpliciter loquuti sumus de bonis actibus moralibus, & indefinite diximus, posse inter-

interdum sine auxilio gratiæ fieri, quod maxime locum habere potest, ubi peculiaris difficultas in opere non inuenitur, & ideo nunc inquirendum superest, quid dicendum sit, quando illa occurrit. Non loquimur autē de difficultate, quæ est quasi per se in actu, qui naturæ ordinem transcendit, & supernaturalia præcepta concernit (nam hic solum de his, quæ ad naturæ ordinem pertinent, disputamus) sed agimus de difficultate quasi per accidens ex tentatione occurrente proueniente. Est enim tentatio, quoties eo tempore, quo bonum faciendum est, occurrit motuum aliquod humanum ab illo bono animum auertens, vel cum malum vitandum est, instat aliquod incitium, quod ad illud faciendum inducit, & quia hæc omnia contingenter, & accidentaliter occurrunt, ideo difficultatem hanc accidentariam voco. Quæ considerari potest vel in quocunque actu bono determinatē in quouis gradu occurrat, vel prout in aliquibus specialiter inuenitur cum magno excessu, seu grauitate: vel denique prout in multis actibus per longum temporis cursum inueniri potest. Et in vniuersum omnis difficultas boni operis, quæ oritur ex concupiscētia, & corruptione naturæ lapsæ, potest dici per accidens, quia reuera est actui extrinseca, & aliquo modo ex tēatione, puenit. Aliquādo verò crescit ex actus excellētia, vt in amore super omnia Dei authoris naturæ, vel in exponenda vita pro re publica, & de his omnibus dicemus; à generalioribus autem incipimus, vt expeditior & facilius sit doctrina.

2. Est igitur in primis animaduertendum inter tentationes quasdam esse leues, alias autem graues, seu grauiasimas, & vehementes. Non dicuntur autē graues ex materia, id est, quia inclinant ad peccatū leue, vel graue, quia hæc distinctio (quamuis aliàs dari possit) in præsentī non deseruit; dicuntur ergo tales ex modo, iuxta illud Pauli i. Corinth. 10. *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana: fidelis autem Deus, qui nō patietur vos tentari supra id, quod potestis*, ubi tentationem leuem (iuxta Chrysostom. Theodoret. & Theophyl.) vocat humanam, id est, homini fragili attemperatā, & indicat esse alias grauiasimas, cum ait, Deum non permittere, vt sint supra vires. Igitur tentatio leuis dicitur, quæ vel ex parte intellectus paruā, vel inefficacem habet suasionem, vel ex parte appetitus debilem inclinationem, vel etiam est leuis, quæ ad momentum, seu breuissimo tempore durat, quāuis aliqui in tensa, seu vehemens videatur; grauis autē dicitur, quæ pertinaciter suadet multo tempore, cōstanter, ac molestē, poteritque hoc titulo censerī, etiā si pro singulis temporibus non sit admodū vehemens, dummodo aut suasio sit per se magna, aut cum passione aliqua, & inclinatione sit coniuncta. Hi autē gradus tentationum non possunt certa regula, vel gradu definiri, sed prudenti arbitrio pensandi sunt, & maxime considerandi sunt per comparisonem ad eum, qui tentatur. Nam aliqua tentatio erit grauis vni, quæ alteri esset leuis propter varias eorū cōplexiones, ingenia, mores, vel doctrinā, quæ omnia pōderanda sunt.

3. Præterea modi tentationum varij sunt, cōmuniter verò ad tria genera reducuntur, quæ à tribus animarū inimicis proueniunt, carne, mundo, & dæmone: ex quibus prima dici potest ab intrinseco, alia duo ab extrinseco, scilicet, secunda ab hominibus, tertia à dæmonibus: ab Angelis enim Sanctis, vel Deo nulla est tentatio inducens ad malum, teste Iacobo c. 1. sed sola illa tentatio, quæ probationis, vel tribulationis dicitur, à Deo est. Igitur tentatio quædam est veluti ab intrinseco, & quasi connaturaliter, vt est illa, quæ nascitur ex cōplexione, & appetitu hominis, medijs tantūm his sensibilibus obiectis, quæ vitare non possumus, de qua Paulus, *Sentio aliam legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ*, &c. Alia est tentatio, quæ à mundo esse dicitur, id est, quæ nascitur ex cōsortio aliorum hominum per mala consilia, vel praua exempla. Tertia denique oritur ab extrinseco, vt à dæmone, quæ dicitur

Pars I.

ci potest quodammodo vltra, vel præter naturā, quia hoc bellum cum dæmonibus non est merè naturale, sed ex altiori prouidentia, aut permissione diuina introductum. De quo Paulus loquitur dicens, *Non est colluctatio nobis aduersus carnem, & sanguinem*, &c. ad Ephes. 6.

Deinde oportet præmittere, varijs modis posse tēationem vinci. Primò non solum non peccando, sed etiam proficiendo aliquo modo in ordine ad salutē, & vitam æternam, qui est proprius victoriæ modus, vt notarunt D. Thom. in 2. dist. 28. q. 1. ar. 2. ad 6. & ibi Bonauen. & Richard. qui volunt, hanc solum esse propriam victoriam tēationis, & illam solum hac voce debere significari, iuxta Augustin. lib. 21. de Ciuit. c. 16. dicentem, *Tunc victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur*. Secundo modo contingit superari tēationem, nihil omnino peccando, neque in ordine ad salutem proficiendo, siue quia homo negatiuè se habet suspendendo actum (vt quidam fieri posse existimāt) siue, quod magis morale est, eliciendo actum ordinis naturalis propter aliquam honestatem moralem tēationi contrariam, quod D. Thomas supra dicit propriè esse resistere potius, quàm vincere, quo modo loquendi breuitatis causa vtetur, licet communiter vterque modus superandi tēationem victoriæ eius vocetur. Est verò tertius modus vitandi vnius peccati tēationem, incidendo in aliud peccatum, vt cum quis vincit tēationem auaritiæ ex affectu luxuriæ, aut quid simile. Et de hoc tertio modo nulla est controuersia, quia Deus non iuuat ad peccandum, & quia illa reuera non est victoria peccati, quia non vitatur, vt vitetur malitia, sed vt ad aliud prauū obtinendum conducatur. Vnde optimè dixit August. lib. 3. cont. duas epist. Pelag. cap. 4. *Cardinalis cupiditas quæ peccatum augetur, cupiditate alia non sanatur*. De primo verò modo vincendi tēationem controuersia olim fuit cum Pelagianis, vt iam dicam, nunc verò nulla est inter Catholicos, igitur de secundo modo est noster in præsentī sermo.

Vnde supponendum est vltius, quæstionem solum procedere, quādo tēatio non perturbat rationem ita, vt impediatur libertatem sufficientem ad peccatum mortale. Nam si tāta sit perturbatio rationis, vt libertas tollatur, contingere quidem poterit, vt homo non possit vitare illum actum materiale, ad quem tēatio inclinat, iuxta doctrinam D. Thom. 1. 2. q. 80. ar. 3. Tunc autem tollitur potentia peccandi, & non habet locum quæstio. Interdum verò contingit auferri libertatem perfectam, seu necessariam ad peccandum mortaliter, relinqui tamen aliquam, quæ satis sit ad peccatū veniale, quod ex subreptione vocant, & tunc quodammodo aufertur potestas saltem moralis vincendi omnino tēationem illam, & ideo illos indeliberatos actus hic non consideramus, sed tñ illos, quos non obstante tēatione, potest animus cū sufficienti deliberatione, vel cōmittere, vel vitare.

Denique cum de necessitate gratiæ inquiremus, non limitamus sermonem ad gratiam habitualement, & sanctificantem: quia inter catholicos extra controuersiam est, hanc gratiam nō esse necessariam ad singulas tēationes vincendas. Nā sicut supra ostendimus, posse hominem sine hac gratia aliquod bonum opus facere: ita est certum posse aliquam tēationem vincere, nam est eadem ratio, vt etiam ex dicendis constabit, & ideo quæstio de proprio gratiæ auxilio proposita est.

Fuit autem in hac materia error Pelagij, qui absolute asseruit, victoriam tēationum non adiutorio diuino, sed libero arbitrio esse tribuendam. Qui error simpliciter damnatus fuit in Concil. Palæstino, & in Mileuitano cap. 3. & Arausico. cap. 9. vt in prolegom. 5. satis ostensum est. Quo autem sensu damnatus fuerit, inter catholicos disputatur. Duo verò sunt extra controuersiam, vnum est, errasse Pelagium, quia putauit, victoriam quarumcūque tēationū per quod-

Ce

cung

4. Notatio 3. Tentationes vincendi modus diuarius. Primus.

Secundus.

5. Notatio 4. De tentatione ne perturbetur omnino iudicium nā agitur.

6. Notatio 5. De cuius gratia necessitate procedat quæstio.

7. Error Pelagij in hac materia quod ad duo constat fuisse damnatum.

tuncq; vitæ tempus; & ut loquitur Hieron. dialog. 2. Cum abfoluta impeccantia, esse in poteftate folius liberi arbitrij. Secundum est, quia ponebat illam victoriam non folum quantum ad carentiam culpæ; fed etiam quantum ad fructum falutis ex eisdem viribus liberi arbitrij. Quoad hæc ergo duo certum est, damnatam esse illam hærefim; & de primo puncto dicemus capite fequenti. Pro fecondo verò faciunt adducta in cap. 15. & in libro fequenti iacienda funt fundamenta illi errori contraria, nunc opinioniones inter Catholicoſ tractandæ funt.

8.
Inter Catholicoſ
opin. affir.

Prima opinio est, hominem fine adiutorio gratiæ nullam omnino etiam minimam tentationem poſſe ita vincere, quin aliquo modo peccet. Ita tenent Gregor. & omnes, qui negant, poſſe fieri bonum opus fine auxilio gratiæ, & est planè confequens, quia vincere hoc modo tentationes, bonum opus est, quia fine aliquo opere, ſeu poſitivo actu moraliter non fit. Vnde ſi victoria fine vlla culpa obinetur, oportet, ut per actum bonum fiat, vel fieri poſſit, quia vel non datur actus in diſſerens in indiuiduo, vel per illū ſolum raro vincitur tentatio ad peccatū inducens. Deinde ſæpè tentatio eſt contra affirmatiuum præceptū, quæ non poteſt vinci fine actu ſententæ præcepto; ergo ſi quis non poteſt facere actum illum ſimpliciter, & fine vlla tentatione ſpectatū, multò minus poterit facere virgente tentatione. Itaq; illi authores confequenter loquuntur. Refertur etiam pro hac parte Petrus Soto in Inſtit. Sacerdot. lect. 16. de Pœnit. ſed ibi de hac re non diſputat, vnum autem verbum, quod incidenter dicit, eundem ſenſum habet, quem ſententiæ Patrum ſtatim referendæ; & in fequentibus tractado de amore Dei, id explicabimus. Adducitur etiam Abulenſ. in c. 19. Mat. q. 178. ſed ille diſputat hanc materiã latè à quæſt. 174. per fequentes, & fine dubio eandem doctrinam docet, quam infra trademus: interdum verò communem curſum, & auxilium prouidentia generalis lato modo vocat gratiam, quia liberaliter datur, diſtinguendo tamen illam ab ſpeciali gratia, quæ docetur neceſſaria ad ſalutem, ut ſupra etiam notauimus. Cardinalis etiam Bellarm. videtur huic ſententiæ annuere lib. 5. de liber. arbit. c. 7. licet prius conceſſerit, poſſe fieri actum bonum moralè fine gratia, ſed ipſe alia via procedit, de qua in fine dicemus.

9.
Arguitur
pro opinione
hac 1. ex
Scriptura.

Fundamenta huius ſententiæ ſunt eiufdem generis cum hiſ, quæ adduximus in præcedenti cõtrouerſia. Nam imprimis afferuntur loca Scripturæ, in quibus victoria tentationum Deo adſcribitur Pfal. 27. In te eripiar à tentatione, & Pfal. 29. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conſtabatus. Item illa, in quibus oratur Deus pro victoria tentationum, quæ oratio eſt frequentiſſima præſertim in Pfalmis, & Chriſtus Dominus illam poſuit in ſua formula orandi Mat. 6. Et ne nos inducas in tentationem. Quæ exponens Cyprian. de orat. Dominica, dicit id feciſſe Chriſtum, ne poſſet homo in aliquo ſuperbire. Vnde Luc. 22. & Mat. 26. monuit idem Dominus. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Quæ verba expendens Hieronym. contra Pelag. dialog. 2. ait. Si libertas arbitrij ſatis eſſet ad vincendam tentationem, non fuiſſe Chriſtum dicturum, vigilate, & orate: ſed attendite, & reſiſtite per liberum arbitrium. Præterea de tentationibus carnis dicit Paulus Roman. 7. Senſio aliam legem in membrum meum. Et infra. Quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. De tentationibus mundi ſolet intelligi illud 1. Corinth. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, ut poſitis ſuſtinere, utique tyrannorum, & mundi perſecutiones, & tentationes, & ſic etiam dicitur 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria, qua vincit mundum fides noſtra. De tentationibus verò dæmonis dicitur 1. Pet. 4. Cui reſiſtite fortes in fide, & ad Eph. 6. Induite vos armaturam Dei, ut poſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, &c. Et infra. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſitis emniſa tela nequiſſimi ignea extinguentur.

Secundò in eandem ſententiam allegantur Pontifices, & Concilia: nam Innocent. 1. in epil. 25. ad Concilium Carthaginenſ. & 26. ad Mileuitan. aliàs 91. & ex Arguitur
10.
Concilio
93. inter epil. olas Auguſtini, inter alia inquit. Niſi magis precibus gratia in noſ imploretur, & deſcendat, nequaquam terrenis labus, & mundanis corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad reſiſtendum, non liberum arbitrium, ſed Dei ſolum facere poſſit auxilium. Et infra de Chriſto Domino ait: Quamuis hominem redemiſſis à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quem admodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, quoridiana præſtans illi remedia: qui niſi ſiſſet, coſiſſet, nitentur, nullatenus vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Quæ verba allegat Coſeſtinius in ſua epil. ſola cap. 6. ex eis colligens, neminem fine Dei adiutorio idoneum eſſe ad vincendas quoridianas carnis, & dæmonis tentationes, & capite nono, cum dixiſſet, Superbum eſſe, ut quidquam ſibi humana natura præſumat, ut maxime hoc propter victoriam tentationum dictum intelligatur, ſubiungit loca Pauli allegata, Eph. 6. & Rom. 7. Idem Concilium Carthaginenſ. in epil. ſola ad Innocent. 90. apud Auguſtinum, de Pelagianis dicit, & medio tollere illam partem orationis Dominicæ, Et ne nos inducas in tentationem, ſi abique auxilio gratiæ tentationes vinci poſſunt. Idem ſumit poteſt ex Concilio Mileuitan. cap. 1. tertio, quatenus damnat dicentes gratiam non dari in adiutorium ad cauenda peccata, nam peccata nō cauentur, niſi tentationes vincendo. Sicutian Concil. Arauſican. cap. 4. dicit, Diuini eſſe muneris, quorū pedes noſtros à falſitate, & inuſſia tenemus, quod profectò facimus, quorū alicui tentationi reſiſtimus, & cap. 14. Nullus miſer de quacumq; miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericordia præuenitur. Concil. item Palæſtin. damnauit propoſitionē Coſeſtij, quod victoria peccatorum, quando illa non committimus, non fit ex gratia, ſed ex libero arbitrio.

Tertiò hiſ accedunt teſtimonia Patrum, & ex antiquioribus Cyprianum, & Hieronymum iam retulimus, quibus addo Baſilium in Moral. Regul. 62. cap. 3. & 4. in ſingulis tentationibus ait gratiæ auxilium eſſe poſtulandum: & de eodem argumento habet integram Homiliam, poſt librum de Baptiſmo. Quod fine diuina virtute, & gratia reſiſtere Satanæ nō poſſit quiſquam. Item Chryſoſtom. licet aliàs multum tribuat libero arbitrio circa operationem moraliter honeſtam, de victoria tentationum dicit, totam eſſe tribuendam Deo, Homil. 62. ad Popul. & Homil. 24. in 1. ad Corinth. interrogans, ad quas tentationes ſit neceſſaria gratia, reſpondet, Ad omnes, ut ſa ducam. Et Theophylaſt. ibi. Quævis tentatio vires noſtras exuperat, niſi illi auxilietur nobis. Item Ambroſ. in Pfal. 43. circa id, Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. Quis inquit eſt iam fortis, ut nequaquam in tentatione moueatur, niſi Dominus adiutor ei aſiſtas. Quod maiori cum exaggeratione dicit Auguſtinus ſermo. decimo tertio, de Verbis Apoſtoli cap. nono. Hæc eſt inquit malitia noſtra in hoc agone cum conſtigimus, Deum habemus ſpectatorem, in hoc agone cum laboramus, Deum poſcimus adiutorem, ſi enim non ipſe nos adiuuat, non dico vincere, ſed nec pugnare poterimus. Idem latè confirmat epil. 89. quæſt. ſeconda, princip. virgens varia Scripturæ loca, præcipue illum 1. Corinth. 10. Faciet cum tentatione prouentum, ut poſitis ſuſtinere. Ut quid inquit dixit, Deum facere, ſi hoc fine ipſius adiutorio in noſtra eſt poſſibile? Idem habet cū alijs Patribus Concil. Mileuit. in epil. 92. ad Innocent. & cum alijs quatuor Episcopis epil. ſola 65. ad eundem, ubi ad tentationes, concupiſcentiaſq; vincendas, ait, eſſe neceſſariam gratiam, qua per ſubmiſtrationem Spiritus, & oculam miſericordiam conferas ille, qui dat incrementum Deus, & ibid. declarat, hanc gratiam eſſe neceſſariam ad ſingulas tentationes vincendas. Et quod grauius eſt, in epil. 106. dicit ad vitandum peccatum nihil volūtatibus arbitrium valere fine gratia. Eandem doctrinam repetit. lib. 1. de Gratia Chriſti cap. 26. 27. & 47.

& 47. & libr. de Perfect. iustitiæ respons. 9. & libr. 50. Homilia. 23. & in Soliloq. capit. 15. & 16. ubi eleganter describit modum diuini auxilij in vincendis tentationibus, & cum illo Prosper contra Collator. præsertim cap. 35. & Paulus Orosius libr. de Liber. arbit. contra Pelag. Greg. libr. 9. Moral. c. 29. aliis 37. & in Psal. 3. Penit. Cyril. libr. 9. in Ioan. c. 45. in fine.

12. *Rationes pro eadem opinione summatim attinguntur.*

13. *Adhuc ratio alia.*

14. *Idem D. Aug.*

15. *1. Opinio negatiua, & vera.*

16. *Locus ex Deo citatur, pro his sententiis non arguitur.*

Rationes verò pro hac sententia sumuntur, vel ex necessitate orationis, vel ex gratiarum actione, quæ Deo agenda est in victoria cuiuscunque tentationis, etiam minimæ, vel ex arrogantia, quia aliàs haberet homo, vnde gloriari posset. Item quia si homo per se posset aliquā tentationem vincere, posset etiam quālibet licet grauē, imò & omnes quouis tempore, quia omnes sunt eiusdem ordinis, & omnes vincuntur per actus eiusdem rationis, & ex illis circumstantijs solum additur difficultas, quæ non reddit effectum impossibilem, sed difficilem. In explicanda verò propria ratione, ex qua hæc necessitas oriatur, inuenitur diuersitas inter authores quoad tres modos de bonis actionibus supra explicatis, quos hic non est necesse repetere. Additur verò hic quartus modus, qui hoc modo explicatur. Nam si tentatio est grauē, eo ipso vincinon potest sine gratia Dei: si verò est leuis, hoc ipsum est gratia Dei; ergo semper victoria tentationis est gratia, vel consequenter (vt sic dicam) vel antecederenter facta comparatione ad tentationem. Et idē dixit Ambrosius libr. 4. in Luc. circa id, Et consummata omnis tentatione, Non debemus tentationes sæculi pro malis timere, sed magis rogare cōtemplatione conditionis humane, vt eas tentationes subeamus, quas ferre possumus. Ethuc etiam spectat dictum Augustini capite superiori tractatum ex libr. 2. Confess. cap. 7. gratia Dei tribuendum esse omne peccatum, quod nō committimus, quia si eius occasio, vel tentatio occurrit, gratia Dei facit, vt vincatur, si verò non occurrit, gratia Dei facit, vt non veniat, & libr. decimo. cap. 31. Ebriosus (inquit) nunquā fui, sed ebriosos & te sobrios factos ego noui; ergo & te factum est, vt hoc non essent, qui nunquam fuerunt, & quo factum est, vt hoc non semper essent, qui fuerunt. Idem libr. 5. Homil. in 23. c. 6. Hic multa commisi, & multorum debitor factus est. Ille gubernante Deo pauca commisi. Cui deputat ille, quod dimisit, huic & iste deputat, quod nō commisit. Adulter non fuisti in illa tua vita præsertim plena ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum, & malum discernens, nondum credens in illum, qui te nescientem regebat. Hoc tibi dixi Deus tuus: regebat te mihi, seruabam te mihi. Vt adulterum non committeres sua, or disuit: vt si for deesset, ego feci. Locus, & tempus defuit: & vt hac deesset, ego feci. Assuit suus, non defuit locus, non defuit tempus, vt non consentiret, ego terrui. Agnosce ergo gratia eius, cui debes, & quod non admisisti. Mihi debet iste, quod factus est, & dimissum vidisti, mihi debet & tu quod non admisisti. Nullum est n. peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector, a quo factus est homo.

Nihilominus dicendum est, non esse necessarium speciale gratiæ auxilium, ad quancunque tentationem in particulari vincendam, quia homo sua libertate vtens potest vincere singulas tentationes seu quancunque illarum secundum se spectatam. Hanc assertio-nem in specie docent Bonavent. in 2. distinct. 28. artic. secundo, quæst. secunda, Egid. dub. 4. & 5. §. Ad primū. & ibi etiam Gabriel, & melius lect. 78. in canonem dub. 5. Henricus quodlib. 5. quæst. vigesima, & ex modernis Soto 1. libr. de Natur. & Grat. capit. vigesimo primo, & vigesimo secundo, & Vega opus. de Iustifi-catione. quæstion. 12. & 13. Medina in 1. 2. locis citatis, & quæst. decima, artic. primo, eamque supponunt Ruardus, Stapletonius, & alij capite sequenti citandi.

Probari potest primò ex illo Pauli 1. ad Corin. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari vltra id, quod potestis, quia nimirum succurrit per gratiam, ubi natura nō sufficit; ergo supponit Paulus aliquid nos posse, nā dicit, Vltra id, quod potestis. Ergo saltem minores, & leues tentationes possumus aliquo modo superare sal-

tem non consentiendo. Sed hic locus non concludit, quia Paulus non dicit, vltra id, quod potestis per liberum arbitriū. Vnde optimè intelligitur, vltra id, quod potestis eiusdē adiutorio. Sicut Concilium Trid. cū sess. 6. c. 11. dixit, Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere, quod possumus, & petere, quod non possumus, & adiuuat, vt possumus. Non supponit in primo membro hominem per se, & sine gratia posse facere aliquid, quod iubet Deus: nam quod ait, Facere, quod possumus, potest optimè intelligi per gratiam aliquam iam acceptam, quæ in principio solet dari parua, vt per illam possumus maiorem mereri, seu impetrare. Et hoc videtur sentire Conciliū, cum supponat, hominem iam esse in statu, in quo possit petere, & impetrare eam sine aliqua gratia saltem fidei, & spei facere non potest. Et in hoc sensu loquutus est Augustinus, cuius est illa sententia libr. de Natur. & Grat. c. 43. Ita ergo rectè exponi potest Paulus loco allegato, sumi; potest ex Prosper. contr. Collat. capit. 35. Quapropter ex Scriptura non potest efficaciter probari assertio, quia licet Scriptura sæpè dicat, posse hominem vincere tentationem, nunquam declarat, posse aliquando id facere per solas vires liberi arbitrij. Licet ex alio loco ad Rom. 1. possit id probabiliter colligi vt capit. seq. notabimus.

Similiter neque ex Concilijs, vel Patribus potest sufficienter probari. Potest tamen efficaciter probari, non esse cōtra eorum doctrinam, imò ab eis interdum indicari. Primum probatur ex Bulla sæpè allegata Pij V. & Gregorij XIII. nam inter propositiones Michaelis Baij trigesima est. Non solum fures hi sunt, & latrones, qui Christum viam, & osium veritatis, & vitam negant, sed & quicunque aliunde, quam per Christum in viam iustitiæ, hoc est, ad aliquam iustitiam consensendi posse dicunt, aut tentationi vili sine gratiæ ipsius adiutorio resistere hominem posse sic, vt in eam non incidat, aut ab ea superetur. Hæc ergo propositio inter alias damnatur à dictis Pontificibus, in quo apertè declarant, & definiunt, sententiam illi assertioni contrariā, scilicet, posse liberū arbitrium resistere alicui tētationi sine speciali gratia, ad Pelagianismum nullatenus pertinere. Quā- uis enim dici possit, Pontifices non damnaſſe assertio-nem propter doctrinam, sed propter modum proponendi illam, & exaggerationem, quidquid de hoc sit (quod non constat) hoc satis est, vt Pontifices declarauerint, sententiam propositam nullatenus ad Pelagianum errorem declinare. Nam si hæc doctrina ad Pelagianismum aliquo modo pertineret, iniuriōsa esset gratiæ Christi, ac proinde non immeritò dici posset fur, & latro, qui illam doceret; ergo Pontifices damnaſſes hanc censurā, euidenter affirmant, in hac doctrina nullam esse suspensionem Pelagiani erroris. Ergo consequenter etiam docent, Concilia, & Patres loquentes contra Pelagium non esse ita intelligendos, vt huic sententiæ contrarij sint. Idemq; consequenter est de Scripturis dicendum maiori ratione. Et hoc satis est ad magnam huius sententiæ probabilitatem, nam seclusa auctoritate contraria, ratio sufficienter illam conuincit, vt statim videbimus.

Accedit, vt dicebam, quod ipsimet Patres alijs locis generales loquutiones moderantur, & hanc sententiā indicant. Et in primis ponderari potest modus ille loquendi Chrysostomi supra citati ex Homil. 24. in 1. ad Corinth. videlicet. Ad omnes tentationes, vt ita dicam, nam illa correctio, vt ita dicā, posita videtur ad declarandum illud esse dictum cum quadam exaggeratione, quia pauca, & leuia potest homo in hoc genere, & quod amplius est, sine victoria in ordine ad salutē æternam, nisi adsit gratia. Ita inuenio locū hunc ab aliquibus ponderatū, & fortasse aliqua translatione antiqua (originalem enim linguam consilere nō potui) illo modo vertebat. Gentianus autem aliter illa verba interpretatur, scilicet, ad omnes tentationes, vt semel dicam, & ita potius illa verba continent absolutam affirmationem, & distributionem, eodemque modo videtur illa legisse, & imitatus esse Theod.

15. *Verisimilior locus alius.*

16. *Patres, atq; Concilia hanc sententiam non aduersantur.*

17. *Euaſio non admittitur.*

18. *Imo illam indicant.*

phylactus. Addit autem statim Chrysostom. alia verba, quibus magis suam mentem declarat, distinguit enim ex mente Pauli duplices tērationes leues, quas, ut ipse exponit, Paulus humanas vocat, & graues, quæ nostram superant potestatem: ita de his posterioribus absolute sentit, non posse vinci sine auxilio gratiæ, de humanis verò dicit, *Neg. humanas licet facile ser-
re absq. diuino auxilio.* Significans, in his in rigore non deesse potestatem libero arbitrio ad illis aliquando resistendum. Præterea Hieronym. lib. 3. contra Pelagianos, qui dicebant, post peccatum mansisse in homine libertatem, ut ad bonum, & malum possit extēdere manum, ipse respondet. *Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare, si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, &c.* Et infra. *Humana conditio, si paululum se remiserit, dicitur fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.* Vbi sentit, non omnino nihil posse liberum arbitrium: nam licet multa non possit, tamen pro tempore, & loco aliquid leue, & fragilitati accommodatum illi concedit, sicut inferius iterum repetit. *Hoc est, quod tibi in principio dixeram, in nostra esse possum potestate, vel peccare, vel non peccare, &c.* Et infra. *Sed hoc pro modo, & tempore, & conditione fragilitatis humane, nec quia ad breue possum, cogit me, ut possum iugiter.* Ex August. etiam potestari potest, quod lib. de Perfect. iustitiæ cap. 2. ratiocinat. 3. ait, *In natura vitiosa parum esse ad non peccandum voluntatis arbitrium.* Vbi parum dixit, quali limitans, quod alibi dixisse videtur, liberum arbitrium hominis lapsi ad non peccandum nihil valere: nam hoc non de singulis momentis, occasionebus, & actibus intelligendum est, sed simpliciter ad non peccandum, id est, ad seruandam innocentiam. Alioqui verò ait parum valere, quia ad summum in vno, vel alio actu potest tentationem leuem ita vincere, ut non peccet.

17. *Concluditur confirmatio ex Pontificibus citatis.* Atque hinc potest assertio confirmari, quia Pius V. & Gregorius XIII. etiam reijciunt vegeham octauam propositionem Baij, *Libertum arbitrium sine adiutorio gratiæ non, nisi ad peccandum valere.* Ad quam videtur proximè accedere, qui negat, posse liberum arbitrium aliquam leuem tentationem vincere, quia vix occurrit tempus, vel occasio operandi cum perfecta libertate, vbi necesse non sit aliquam vel leuem tentationem vincere, ut opus liberum honestè, & sine vlla malitia fiat. Quia vel dæmō perpetuò vigilat, vel materia virtutis, seu operationis repugnat concupiscentiæ, vel ceterè quia ferè semper occurrit finis aliquis humanus mouens ad operandum propter ipsum poti⁹, quam propter virtutē. Si ergo per originale peccatū tam infirmum factum fuisset liberum arbitrium, ut nullam, vel minimam tentationem naturali virtute vincere posset, utiq. ad non peccandum, nō esset vitiosa hominis natura, sed extincta, ut in simili argumentatur Prosper cont. Collat. c. 22. Ut ergo simul cū Pelagianis Lutheranos extremum vitemus, conuenienter dicitur, sicut non est extinctum liberum arbitrium, quoad bonum operandum, ita ut nullum bonum naturaliter facere possit, nec quoad malum vitandum, ut non nisi peccare possit, ita neq. est extinctum quoad resistendum tentationibus, ideoq. aliquas saltem leues vi suæ libertatis vincere potest.

18. *r. Ratio pro eadem opin. neg.* Vltimò possumus argumentari ratione à priori, quæ eadem ferè est, quæ de bona operatione, & dupliciter etiam potest explicari. Primò generatim, & ostensiuè, quia victoria vnus tentationis levis proptè præcisè necessaria est ad non peccandum, seu nō consentiendum, aut resistendum tērationi, solum addit supra actum bonum nonnullam difficultatem moralem, propter illam autem non est simpliciter necessarium auxilium gratiæ; ergo simpliciter ille effectus cadit sub potestate physicam, & moralem liberi arbitrij cum solo cōcursu generali. Consequentia nota Maior declaratur, quia occurrente morali occasione faciendi eleemosynam sine vlla tentatione ex parte dæmonis, vel alicuius hominis, neq. etiam ex interna

concupiscentia, ut faciliè continget in homine naturaliter propenso ad liberalitatem, & compansionem; tunc bonus actus dici potest non solum possibilis, sed etiam facilis secundum rectam rationem, & libertatē arbitrij. Addamus ergo tali homini proponi finē faciendi illud opus, ut videatur ab hominibus, quæ est tēratio quædam non retrahens ab opere, sed inclinans, ut male fiat, quæ inclinatio non solum non cogit, sed etiam potest esse valde remissa; ergo solum potest nōnullam; & paruum difficultatē bene operandi facere; ergo tentatio solum addit actui bono nonnullam difficultatem. Et quod in hoc exemplo declaratum est, intelligi potest in tentatione, quæ fit per contrariam suasionem, vel per aliquam repugnantiā appetitus, quæ parua interdum esse potest, & nihilominus est aliqua tentatio paruum adiungens difficultatem.

19. *Ratio.* Quod verò hæc difficultas (quod in minori sumebamus) non necessariò postulet auxilium gratiæ, ut *Progreſſum* vincatur, præcisè quoad resistendum tentationi, probatur, quia hæc resistentia sufficienter fit, vel eodē actu bono naturali, quem voluntas potest facere sua facultate naturali, vel nolendo extrinsecum finē prauum occurrentem, quod nō minus est in libera facultate voluntatis. Et ex parte intellectus potest etiam esse naturalis confideratio confortans voluntatē aduersus oppositam suasionem, vel repugnantiā. Neq. in tali resistentia interuenit aliquid supernaturale, vel in substantia, vel in modo, quia supponimus ex nullo motu supernaturali id fieri, quo posito nullus modus supernaturalis ibi cogitari potest, quia sola libertas actionis cum confideratione ad illam necessaria, non excedit naturalem modum operandi, ut per se notum est, & ex dictis de operatione boni actus, satis conuincitur. Deniq. parua illa difficultas parum etiā obesse potest, quia multo maiores difficultates solet homo vincere sua libertate, & quia honestas actus tērationi contrarij attentè cōsiderata potest plus mouere, quam leuis tentatio; potest autem saltem pro breui tempore ita confiderari honestas non obstante tēratione, cum leuis tentatio ferè nihil perturbet.

20. *Ratio.* Secundò argumentari possumus discurrendo per omnes modos, quibus hæc gratia necessaria ad vincendam quamcūq. tentationem explicari potest. Nam pugnat in primis tres modi supra tractati de actib⁹ bonis eiusdem rationibus refelluntur. Nā quod attinet ad motionem determinantem, quam Greg. ponebat, profectò argumenta contra illam facta eodem modo in præfenti videntur. Quia loquimur de resistentia tentationis libera, & cum domino voluntatis, ostendimus autem, posita tali determinatione iam non liberè operari, vel resistere eum, qui illam recipit, & cōuincitur, qui non recipit illam non posse resistere, si ad resistendum illa necessaria est. Præterquam quod nulla ratio talis determinationis, quæ sit specialis pro tempore levis tentationis, nec auctoritas, in qua fundetur, reddi potest. Vnde etiam concluditur, ad hunc effectum non esse necessariam gratiam per modum principij physici adiuvantis voluntatem, per se efficiendo cum illa, quia ille effectus non est proprius alicuius virtutis per se infusæ; ergo neque est ab aliquo speciali auxilio, seu principio, quod alicuius virtutis, vel habitus infusæ actiuitatem suppleat; ergo nulla ratio relinquitur, ob quam nouum principium physicum additum voluntati necessarium sit, etiam si illud non ponatur tanquam determinans voluntatem ad exercitium actus.

21. *Impugnatio.* Secundò dici potest necessaria gratia moraliter adiuvans voluntatē, quæ sit superioris ordinis, & confirmata, vel in inspiratione supernaturali quoad substantiam, vel excedat vires intellectus, & voluntatis, vel causarum omnium, à quibus naturaliter excitari possunt. Et hic etiam modus reijcitur, quia licet hæc gratia possit esse vtilissima, & in vrgentibus occasionebus necessaria, ut statim dicā, tamē vbi leuis est tentatio, non est tanta necessitas, quia inest in libertate absoluta.

soluta potestas, quæ illo tempore sine magna difficultate possit ad actum reduci, cui potestati repugnat illa necessitas. Quia necessitas non opponitur difficultati præsertim parvæ, sed impossibilitati, vnde necessitas excludit potestatem ad oppositum, etiam cum nonnulla difficultate; ergo si absq; tali auxilio voluntas pro sua libertate est physice, & moraliter potens ad operandum, non obstat illa difficultate, profectò tale auxilium non est necessarium, vel si illud est necessarium, voluntas non est potens, cuius contrarium probat ratio facta. Nam sine illa difficultate parva tentationis voluntas potest cum effectu facere tale actum, vt supra de bono actu simpliciter sumpto ostensum est, sed illa parva difficultas non facit impossibile id, quod antea erat possibile; ergo.

22. Tertijs modus est de gratia, quæ dicitur esse per modum congruæ cogitationis. Sed hic etiam refellitur, quia illa cogitatio, vt supra late argumentatus sum, non semper excedit generalem ordinem providentiæ, nec est vera gratia, de qua Sancti, & Concilia loquuntur. Hic verò specialiter considerandum est, etiam auctores contrariæ sententiæ negare non posse, cogitationem sufficientem ad vincendam talem tentationem posse sine gratia haberi, alioqui per solam potestatem naturalem, & seclusa gratia non haberet quis libertatem ad peccandum, quia non haberet sine gratia potestatem ad resistendum tali tentationi; ergo simpliciter verum est, sine gratia alicuius specialis cogitationis habere hominem potestatem ad vincendam tentationem. Sicut in supernaturalibus, qui gratiam habet sufficientem ad vincendam tentationem, simpliciter potest illam vincere, etiam si non habeat efficacem; ergo idem est in præsentem per proportionem; ergo si illa sufficientia non est per gratiam, sed per naturam absolutè potest homo vincere talem tentationem. Quod autem de facto non vincat illam tentationem, nisi habeat cogitationem congruam; cum illa congruitas sit omnino consequens, & pendens ex solo vñ naturalis libertatis, & alioqui non sit necesse, vt illa cogitatio proveniat ex speciali Dei providentia, sed ex generali cursu naturalium causarum provenire possit, non solum non pertinet ad speciale auxilium gratiæ, verum etiam nec ad speciale beneficium gratiæ, sed naturæ. Ergo neq; istomodo verè defenditur necessitas auxilij gratiæ ad vincendas singulas tentationes.

23. Quartus modus, quo victoria tentationis semper dicitur eribunda gratiæ, est, quia semper est beneficium gratiæ, quod tentatio sit levis, vel non grauior. Nam si Deus permitteret, demon virgentis tentaret; ergo quod Deus id non permittrat, beneficium gratiæ est; ergo illi debet imputari victoria. Vt si duobus inter se pugnantibus, tertius impediatur alterum illorū, ne tot armis, vel tot viribus contra alterum vtatur, & ideo alius vincat, profectò iste, qui vincit, illi tertio, qui dicto modo eum iuuat, debet tribuere, & acceptam referre victoriam. Sed in primis non video, cur hoc titulo dicatur gratia necessaria ad singulas tentationes vincendas, & non ad singula bona opera. Nam vel bonum opus sit virgente tentatione, & sic includit victoriam tentationis, & consequenter non fiet sine gratia iuxta dictam sententiam: vel sit bonū opus, quando nulla tentatio in contrarium pulsatur, & hoc ipsum etiam erit ex gratia, ac subinde tale opus non fiet sine aliqua gratia. Quia si moderari tentationem, seu non permittere, vt sit grauior, est gratia Dei, profectò maior erit gratia facere, vel nō permittere, vt in tali occasione vlla pulsaret tentatio, quia sicut demon est paratus ad tentandum grauius, ita est paratus ad semper tentandum, & præcipue illis temporibus, in quibus homo potest occasionem benè operandi habere: ergo è contrario, si hoc non obstat, quo minus bonum opus fieri possit sine gratia, nec etiam obstat, quo minus possit alicui tentationi resisti sine gratia. Nam si quis dicat, carentia tenta-

Pars I.

tionis solum per accidens se habere ad bonum opus tanquam remouens prohibens, per se autem fieri per vires liberi arbitrij, & ideo illi tribui sine viribus gratiæ, similiter in præsentem dicitur, carentiam grauioris tentationis solum esse remotionem impediendi. Per se autem talis, ac tanta tentatio, quæ sola nunc instat, sola libertate superatur, sine alia gratia adiuuante: ergo simili ratione dicendum est talem, ac tantam tentationem posse vinci sine gratia, & ad hoc sufficere vires liberi arbitrij, vnde cumq; illa tentatio habeat, vt tanta, & non maior sit. Deinde est illud censendum sit peculiare beneficium Dei, tamen si gratia dicenda est, non est gratia interna diuinæ inspirationis, & adiutorij, sed est quædam gratia externæ protectionis: hic autem agimus de priori gratia, de qua loquuntur Patres, quando disputant contra Pelagium, vt maximè videri potest in epist. 95. Augustini, & illam requirunt ad victoriam tentationum, & hoc sensu dicimus, illud non posse intelligi de omnibus, & singulis tentationibus, etiam leuibus, vnde si attentè considerentur, hæc sunt distincta dona, seu beneficia, adiuuare ad vincendum, & præuenire, ne sit pugna, vel ne tam grauis sit. Sicut donum innocentiae, & donum remissionis peccati, vtrumq; est donum gratiæ, tamen distinctum, ita etiam non pulsari tentatione, vel illam vincere, postquam vexat, distincta sunt dona gratiæ: quod autem sit levis tentatio, & non grauis, quando est ex gratia, pertinet ad primum genus gratiæ non permittendi tentationem, non autem propriè ad victoriam tentationum: de qua nunc tractamus, & ad quam diuersa gratia requiritur, quando necessaria est.

Præterea assero, etiam illud genus protectionis, seu providentiæ Dei, quo fit, vt tentatio sit levis, licet semper sit ex beneficio providentiæ diuinæ, non esse necessarium, vt semper in particulari sit ex speciali providentiæ gratiæ, sed interdum sufficere generalè providentiæ cursum. Quod ita declaro, nam vel loquimur de tentatione proveniente, tantum ab intrinseco cum obiectis sensibilibus ordinario cursu humanarum rerum occurrentibus, vel specialiter consideramus tentationes demonis, & vires eius ad tentandum, quibus humanæ non possunt comparari, Job. 41. Priori modo potest facile euenire, sepeq; contingere, vt tentatio occurrens sit levis. Nam interdum accidere potest, vt nulla sit, quia nō occurrit, nisi obiectum honestum, & fieri potest, vt non repugnet sensui: ergo eadem ratione potest contingere, vt ex virgentalium causarum levis tentatio sit, & non maior. Denique non est, cur hoc repugnet, quia isti effectus in se contingentes sunt, & æquè provenire possunt ex communi cursu causarum cum generali consensu Dei, vnde licet non eueniant sine præsentia, & approbatione, vel permissione Dei, nihilominus ex generali providentia sufficienter eueniunt.

Si autem loquamur de tentatione demonis, de qua maximè videntur loqui alij auctores, in primis illud tentationis genus, vt supra dicebam, quali præternaturale est, vnde si homo in puris naturalibus consideretur, vel non videretur subijciendus illis tentationibus, quia tunc tam quoad malum, quam quoad bonum, deberet constitui in pura natura, vel certè, si Deus etiam tunc permitteret pugnam alicuius hostis inuisibilis, deberet etiam providere adiutorium proportionatū, vt custodiam angelorum, vel aliquid simile: atq; ita vtrumq; pertinet ad generalem providentiam illius status. Nunc vero, quia homo est eleuatus ad ordinem gratiæ, maior fortasse licentia data est demoni ad tentandum, vt virtus gratiæ magis innotescat: & fortasse in natura lapsa liberior permittitur demoni, homines tentare in penam originalis culpe, & ideo quoties Deus specialiter prohibet illum, ne vehementius tentet, beneficium gratiæ est per Christum collatæ. Nihilominus non videtur hoc speciale beneficium in omnibus tentationibus

24.

Levis tentatio ex causis naturalibus etiam vinci potest.

25.

Tentatio nō semper est à demonio.

bus necessarium. Quia non est, cur cogitemus, vel dicamus, dæmonem in singulis momentis, & occasionibus inducturum esse hominem in grauissimā tentationē, nisi à Deo speciali gratia impediatur. Nam in primis Deus non inducit dæmonem positivè ad tentandū, quia hoc non est consentaneum bonitati diuinę, propter quod intentator malorum dicitur: unde etiā non inducit, vt tētet hoc, vel illo modo, sed tantū permittit. Deinde verisimile est, in hac permissione esse aliquā vniuersalem limitationē ex generali prouidentia, ex qua non permittitur dæmon facere suo arbitrio quidquid potest, aliās magna ex parte posset ordinem vniuersi perturbare; ergo etiā ex hac generali prouidentia potest sapē euenire, vt nō grauitertentet absq; speciali beneficio gratiæ. Imò talis esse potest dispositio hominis, & occasio operandi occurrens, vt non valeat dæmon, etiā si velit, grauitertentare hominem in illa materia, supposita sufficienti aduertentia rationis, quia nimirum tale obiectum cum his circumstantiis non potest grauitere excitare hominem.

26.
Imò nec o-
mnis à de-
mone est
gratia.

Ac denique accidere potest, vt ipsemet dæmon sua libertate, & praua intentione temperet aliquando, & absteat à graui tentatione, vt hominem eō grauius peccare faciat, quod liberius ceciderit, vel certe vt permittendo nunc aliquā victoriam, in elationē, vel aliam grauiorem culpam inducat, vel vt hominem securum reddat, & ita vel facilius postea illum decipiat, vel in statu alicuius peccati quietus permaneat. Qua ratione dixit Gregorius 24. Moral. cap. septimo, aliās 12. *Dæmon eos pulsare negligit, quos quiescit iure possidere sensit.* Quauis ergo hæc moderatio tentationis sapissimè sit speciale beneficium gratiæ, semperq; esse possit, ideoq; semper postulandum sit, nihilominus in aliquibus actibus, & occasionibus potest euenire ex generali prouidentia, qua Deus relinquit dæmonem pro suo arbitrio, & malitia operari, & prouidet illum non nisi tali modo tentaturum, & ideo non esse hominem in tali occasione superaturum. Relinquitur ergo, vt nullum gratiæ auxilium sit semper, & in singulis tentationibus necessarium ad tētationi resistendum, quia præter dictos modos nullus alius excogitatus est, nec facile fingi potest.

27.
Ad rationes
summatim
factas in n. 12.
a. Solutio.

Fundamentum contrarię sententię authoritatibus Scripturę, Conciliorum, & Patrum præcipuè nititur, quæ eosdem sensus habent, quos capit. 17. & 18. dedimus similibus sententijs, quibus ad bonè operandum gratia requiritur. Primo ergo dicendum est, frequentissimè loqui de victoria Christiana (vt sic dicam) seu ad vitam æternam comparandam fructuosa. Quod quidem legenti singula testimonia facillè constabit, tum quia disputant contra Pelagium, qui hæc etiam victoriam tentationum soli libero arbitrio tribuebat; tum etiam quia eisdem locis, & eodem modo de bona operatione, & de victoria tentationis loquuntur, tum deniq; quia sapē requirunt auxiliū fidei, imò & charitatis. Vnde est illud Augustini libr. de Perfectio. iustitię cap. 20. *Potest homo, si Deus adiuuet, cui dicitur, adiutor meus esto, ne derelinquas me. Non vtiq; ad corporalia bona capeſſenda, & mala cauenda, sed ad gerendam, perficiendamq; iustitiā, propter quod dicitur, Et ne nos inducas in tentationem.* Nomine autem iustitię intelligit Augustinus illam, quæ est apud Deum, & in fide fundatur, vt sequentia verba indicant, *Adiuuatur autem, si nuocat, si credit, &c.* Et in dicto capit. decimo octauo, hoc latius ostendimus. Secundo dicimus, plures ex illis loquutionibus Patrum esse indefinitas, ex quibus non licet colligere vniuersalem sermonem ita rigorosum, vt ad omnes, & singulas, & cuiuscunq; gradus tentationes vincendas extendatur: satis enim est, si plures earum, & frequentius si ne gratia vinci non possint. Sic Cyrillus dicto libr. 9. in Ioan. cap. 4. cum dixisset, impossibile esse, nisi gratia spiritus munitos perturbationes animi superare, statim addidit, *Neque acres diaboli laqueos euitare, vbi ad-*

2. Solutio.

dendo illam particulam *acres*, satis indicauit, non loqui de omnibus animi perturbationibus, aut tentationibus etiam leuibus.

Quin potius addo vterius, etiam si interdum videantur simpliciter loqui de vniuersis tentationibus, rectè intelligi morali modo de tentationibus alicuius grauitatis, & momenti, quia quæ leues sunt, quasi nihil moraliter reputantur, vel quia etiam in his vincendis, si homo suæ libertati, & humanę diligentię permittatur, frequentius est negligens, & labitur potius, quam resistit, ideoq; moralis sermo moraliter intellectus verus esse potest, etiam si interdum non desit potestas in voluntate ad aliquam tentationem vincendam. Vnde quod interdum etiam dicunt Patres præsertim Innocentius, & Celestinus in dictis epistolis, indigere nos singulis temporibus, & momentis auxilio gratiæ, ne tentatione vincamur; eodem morali modo intelligi potest, quia frequentissimè in ea necessitate versamur. Quauis etiam dici possit, in singulis momentis nos indigere hoc auxilio, non quia in singulis ita tentemur, vt sine auxilio non possumus stare, sed quia semper ita tentari possumus, & ideo semper nobis necessarium est, paratum habere Dei auxilium. Sicq; dixit Gregor. in Psalm. 3. *Pœnitent. in fine, Quia sancta anima omni tempore intelligit sibi imminere pericula, etiam momento temporis non potest esse securo, & ideo Deum precatur, vt nec ad horam ab illa discedat.*

Addi præterea potest sapē dicere Patres non posse nos victoriam tentationis obtinere nostris viribus, quia non valemus ita constanter resistere, quin si tentatio aliquantulum durer, cadamus, vel grauitertentet vel leuiter pro materię qualitate. Et ideo licet aliquantulum resistamus, non potest appellari victoria. Sicut qui cum hoste congredditur, licet semel, aut iterum illum percutiat, si tandem ab illo occidatur, non victor, sed victus absolute censetur. Ita ergo dicitur homo non posse tentationes vincere sine gratia, quia non potest sine peccato in tentationibus perflere. Et ita videntur loqui sæpe Patres impugnantés Pelagium, qui aiebat, liberum arbitrium ita posse vincere tentationes, vt nunquam peccet. Vt videre licet in Hieronymo dialog. 3. contr. Pelagian. & Augustino libr. primo, de Gratia Christi cap. 26. & sequentibus. Et hoc videtur expressius extendere ad leuiiores tentationes Prosper contra Collator. cap. 35. vbi ait, etiam ad leuiiores tentationes vincendas esse gratiam necessariam: nisi forte leuiiores vocet, non quæ absolute leues sunt, sed quæ comparatione facta ad tentationem Iob, de qua ibi tractabat, tales sunt, quauis per se, & absolute spectatæ graues esse possint. Tandem verò dicimus, etiam cuiuscunq; tentationis victoriam, licet interdum sine propria gratia obtineatur, referendam esse in Deum, saltem vt auctorem, & gubernatorem, & prouisorem naturæ, tum quia si victoria illa sit per actum bonū, ille principaliter est ab auctore naturæ, vt supra diximus, tū etiam, quia ex Dei prouidentia provenit, vt tentatio in tali occasione occurrat, in qua simul possit homo & sufficienter aduerrere, & illi resistere prius, quam augeatur. Et iuxta hunc etiam sensum videntur aliquando, licet rariū, loqui Patres, præsertim Hieronymus, & Paulus Orosius contra Pelagianos.

Et hinc facile respondetur ad rationes sumptas ex oratione, gratiarum actione, & ex arrogantia, seu vana gloriatione cauenda. Nam hæc omnia eandem rationem habent in victoria vnius tentationis, quæ in effectiōne vnius boni operis, & ideo applicanda sunt, quæ diximus capite præcedenti, nec ea repetere necesse est. Ad aliam verò rationem sumptam ab incommotis de victoria grauium tentationum, vel omnium, negatur veræque sequela, quia illa difficultas, licet non reddat effectum physice impossibilem, reddit moraliter, vt in sequentibus capitulis fuse explicabimus. Ad vltimam verò rationem, quæ dicitur semper

28.
Solutio præ-
cedenti.

29.
Solutio 3.

Moderati
Deo quauis
victoria tri-
bunda.

30.

Ad rationes
sumptas in
n. 12.
per

per est gratia non grauius tentari, iam dictum est, hanc non esse propriam gratiam auxiliantem, de qua loquimur, & ideo non obstante illo fauore verum esse, talem tentationem sic occurrentem vinci per libertatem resistendo sine auxilio gratiae. Et praeterea dictum est, illum fauorem non semper esse beneficium gratiae, sed interdum ex generali providentia cum praesentia Dei provenire. Quod optimè quadrat loco Ambrosij. Et similiter, cum Augustinus quidquid non peccamus Deo tribuit, in hac amplitudine loquitur de beneficio Dei, siue sit beneficium propriae gratiae, siue generalis providentiae. Cuius signum est, quia non solum fidelibus, sed etiam infidelibus dicitur actu conferri hoc beneficium, vt patet ex dicta hom. 23. Et ita intelligenda sunt, quae ex illa recitauimus, neque enim aliter sensum commodum habere possent videntur.

CAPVT XXIV.

Vtrum ad vincendas singulas graues tentationes contra legem naturalem in statu naturae lapsae necessarium sit speciale gratiae auxilium?

Hic tractanda est opinio extremè contraria alteri, quam capite praecedenti impugnauimus: illa enim aiebat, nullam omnino tentationem, etiam in materia morali, & naturali, posse vinci sine gratia; hac verò asserit, nullam esse adeò grauem in tali materia, quae per se, & sigillatim spectata non possit vinci per liberum arbitrium absque auxilio gratiae in statu lapsae naturae, de hac enim praecipue agimus; nam de integra dicemus in capite sequenti. De statu autem in puris naturalibus ferè eadem est ratio, vt saepe dictum est. Hanc ergo sententiam tenuerunt Semipelagiani, vt constat ex Cassiano collat. 13. cap. 14. vbi de tentationibus Iob specialiter loquitur. Et eandem sequuntur aliqui Catholici, diuerso tamen modo, nam Semipelagiani victoriam etiam perfectam talis tentationis, & fructuosam ad vitam aeternam dicebant, obtineri posse per solum arbitrium sine auxilio gratiae, in quo merito damnantur cum Pelagianis: at verò Catholici solum dicunt, posse liberum arbitrium resistere huic tentationi, ita vt non peccet, etiam si in hoc nihil mereatur, absque auxilio gratiae. Et ita tenet hanc sententiam Ruard. art. 7. conc. Luther. §. Tractantur, vers. Haec confirmantur, & Staplet lib. 2. de Iustific. c. 4. & 13. Tributur etiam Molinae in concordia quaest. 14. artic. 13. disputat. 19. Sed ille forsitan, non discrepat à communi sententia, vt infra videbimus. Solet etiam allegari D. Thomas 1. 2. quaest. 109. artic. quarto, & octauo, quia in priori dicit, posse hominem implere mandata legis naturalis quoad substantiam actus sine gratia, & quia in posteriori dicit, posse hominem sine gratia vitare singula peccata contra legem naturae. Sed immeritò allegatur D. Thomas, quia in priori loco dicit indefinitè posse hominem praecipua naturalia aliquando seruare, in posteriori verò licet dicat, singula praecipua posse impleri sine gratia, non tamen dicit, in omni occasione, & omni tempore, nec considerat ibi vim tentationis, sed solum qualitatem praecipui, & substantiam actus, & eodem modo loquuntur Thomistae his locis. Magis videtur fauere D. Thomas 1. 2. quaest. 77. artic. 7. & q. 80. artic. 3. quatenus docet, nullam tentationem concupiscentiae, aut daemone tollere libertatem sufficientem ad nõ consentiendum. Sed aliud est loqui de libertate, aliud de absoluta potestate ad resistendum tentationi, vt infra videbimus. Indicat eandem sententiam Richardus in 2. distinct. 28. artic. 2. quaestione 2. & 3. re tamen vera in quaestione 2. solum tractat de euitando peccato per se, & praecise, non spectata vi tentationis, de qua tractat in quaestione 3. & solum

indefinitè concludit, posse hominem sine gratia vincere aliquam tentationem, vt patet ex corpore quaestionis, & ex fine solutionis.

Magis fauet huic opinioni Aegidius in 2. distinct. 28. quaest. 1. artic. 4. post dub. 1. literale ad 1. vbi sic inquit. *Quantumcumque delectatio sensibilibus nobis connaturalis inclinatur ad illius, non obstante huiusmodi inclinatione, si ex toto conatu volumus illa agere, possumus rectè illa facere, sed non omnia, nec diu possumus consistere in tali conatu sine gratianis adiuvante.* Guilielmus etiam de Rubione in eadem distinct. §. *Quantum ad verum non solum ait, posse hominem resistere cuicumque tentationi contra praecipuum negativum sine gratia assistenti, sed etiam sine prima causa generaliter influente, quia ad resistendum tali tentationi satis est non agere, quia non agendo seruatur praecipuum negativum, ad non agendum autem neque concursus generalis necessarius est.* Si quis autem velit positinè resistere, volendo non agere contra tale praecipuum, dicit tunc quidem necessarium esse generalem concursum, non tamen gratiae assistentiam. Vnde idem consequenter sentit de quacunque tentatione contra praecipuum naturale affirmatiuum, ob eandem rationem. Multi etiam Theologi in illa distinct. 28. dixerunt, posse hominem per solas vires liberi arbitrij seruare omnia praecipua naturalia, & vitare omnia peccata illis contraria diu, ac perseueranter, seu collectiuè, vt aiunt, qui profectò merito possunt pro hac sententia citari, tum quia id fieri non potest sine victoria plurium tentationum grauium, quae in diuturno tempore deesse non possunt, tum etiam quia difficilius est longe tempore inter ordinarias tentationes sine peccato viuere, quam vni graui tentationi minori tempore resistere. Quàm verò isti auctores decipiantur postea videbimus. Alij etiam Theologi, qui simpliciter dicunt, posse hominem per liberum arbitrium seruare singula praecipua naturalia, & vitare omnia peccata illis contraria diuisim sumpta, licet non coniunctim, solent pro hac sententia allegari, sed de illis infra dicam. Solet deniq; pro hac sententia citari Anselm. lib. de Liber. arbit. cap. 5. & 6. cuius mentem postea expendemus.

Ratio huius sententiae est, quia posita quacunque tentatione graui cum aduerrentia rationis, homo consentiendo peccat mortaliter, si materia etiam grauis sit; ergo potest & physice, & moraliter ex vi liberi arbitrij illi tentationi non consentire saltem non peccando, quod nunc solum intendimus. Probatur consequentia, quia illa potestas in libertate necessaria ad peccandum grauius, includitur. Vnde August. lib. 3. de Liber. arbit. & de Spirit. & Litera c. 3. *Illud (inquit) est in nostra potestate, quod si volumus, facimus.*

Ad rationem hanc responderi solet, posse nos quidem potius, quoties tentamur, non peccare, quia gratia Dei praesto adest, & id possumus simpliciter, & per amicos, vt aiunt, possumus. Hæc verò responsio impugnatur, quia gratia non habet necessariam connexionem cum natura hominis secundum se spectata, posset enim condi in pura natura; tunc ergo non haberet paratam gratiam, quia illi non debetur; & supponimus nihil ei dari, nisi quod est debitum, & nihilominus in illo statu haberet libertatem ad peccandum etiam grauius, non obstante quacunque tentatione; ergo etiam tunc haberet libertatem ad non peccandum; ergo etiam haberet potestatem resistendi; at tunc non haberet illam ex gratia, quia tunc non esset illi praeparata; ergo ex vi solius libertatis. Atq; hæc ratio eandem vim nunc habet in homine lapsò, si supponamus eum habere inuincibilem ignorantiam gratiae, & per illam nondum esse praeventum, nam ille homo si tentetur, potest simpliciter non peccare, & tamen neque actu habet auxilium gratiae, nec potest aliquid facere, quo illud obtineat, quia non potest se praeparare ad primam gratiam auxiliantem, vt nunc suppono; ergo illa potestas est ex sola libertate.